

I. Florus
Dialogus luciani cum translatione ...
... hemi francisci petrarche
Dialogus lucianus qui inscribitur Charon
Judicium Iovis de Monteforte
Historia ... in Colum
Oratio marci tullii ciceronis
pro marco marcello ad p.c.
Oratio invectiva contra catilinam
Basilius magnus
Epistole magni Turci
Latinum ydeoma pro religiosis
Elegantie latinitatis Augustini p.
...ma cum modo epistolandi
Epistole Augustini Marii

L. Annei flori Epithoma hoc emendatum
fridianus pighinuttus lucensis Et Joannes Wit-
tigis ere praemendum curaverunt. Quod
arte sua Conradus gallicus In oppido lip-
tzensi perficit xii. Calend. Junii Anno
salutis M° CCCC° lxxxseptimo 1487

[redacted]
Audi. Ju. U. ...
Univers
Crato.

Iustus libelli est possessor nicolaus dumpkowsky et est emptus pro novem grossos.

Apud magistrum [illegible]

Agnes Maria Anna

Marci Tullii Ciceronis pro Marco Marcello ad patres conscriptos et ad .C. Cesarem oracio

Paulus Niavis arcium Magister Cōmendabili viro Johanni Brungaller optimarū arciū Baccalario Rectoriqꝫ scolariū in plawē preceptori suo et fautori amādo. S. p D

Cogitavi sepenumero de his sermonibus / quos interdum ultro citroqꝫ contulimus / de arciū studijs: atqꝫ doctrina. succurritqꝫ mihi quasi beniuolencia quadam / quo pacto inter nos de acquirēda dicēdi generis doctrina: et quibus fontibus hauriretur dissenciebamus. quam ego ab eruditissimis viris: omniumqꝫ eloquentissimis censebam percipiendaz. ab ipso videlicet Tullio et quintiliano: et salustio / qui suo tempore nō solum laudati in ea disciplina: verūeciaz id consequuti / vt omnis posteritas: atqꝫ omne seculum principes artis predicat. Tu contra (si probe cōmemini) a petro helie: eberhardo: ceterisqꝫ autoribus quos grāmatici profitenť hoc euo: et in hac nostra regione / arbitratus es fore collocatam. et hanc potissimum. causam putasti / ꝙ preceptores nostri primum nobis scholas ingredientibus / eos quidē illos / alijs prelatos voluerūt / qui tamen perdocti extiterint facundi: atqꝫ in omniuz scienciaruz tractacione plurimū exercitati: et eo tandem ꝑuenisti / sacrilegiuz tibi: et pene intollerabile videbať / his autoribus: librisqꝫ iaz vsu approbatis nō acquiescere. at ego nō inficior / omnino quin possit ex his libris aliquid haberi vtilitatis / dummodo diuturnuz forsitan vitaremus abusum / tametsi abhorrenduz ab hoc quoqꝫ vno autumabam / ingenia primarū etatū nimium in hoc studio detineri: demūqꝫ astringi adeo / ne ad pociora quidem nisi profecto his memoriter habitis applicentur. quasi melior etas: teneraqꝫ puerorum condicio in his cōsumpta debeat videri ad ceteras disciplinas inabilis. ꝟ quid loquor

de pverili iam institucione / in qua quicquid imbutuz fuerit atqꝫ perceptū / diuturnius est: tenaciusqꝫ adheret / cuz plures inueniunt / non modo vicesimū annū: sed tricesimū agentes et in re tantula torpent! ne dicā ad extremū vite ꝑuenīt. reliquas negligūt e quib⁹ maior comoditas est futura. ac si ad eaz grāmaticā nati essemus: et ꝓpter eaz vitā ingressi / que in modulo consistit nōnullo / fastigium vero eloquencie / aut raro: aut nunqꝫ attingit. atqui preferendos arbitrabar / illos scriptores quoruz opera ad nos vsqꝫ venerūt clarissima! que ad palmaz vsqꝫ oratorie artis ꝓxime accedūt. et quibus remp. salutē populi: libertatē gentiū triplici genere causarū maxime augebant hanc illi tradiderūt scienciā / qua et amicis possum⁹: et propinquis astare: p atriā defendere: studio atqꝫ consilijs amplificare: improbis resistere: et quāqꝫ illatam nobis iniuriam propulsare Et qđ imprimis reor conducere / familiarissimos in disiunctissimis locis: et affari: et consiliorum nostrorū participes facere. veruz ne tibi optime preceptor aut nimis repugnare verbis: aut scriptione mea videar placuit ad te mittere / suauem illam Tulli Ciceronis oracionem quaz post pompeijanum bellum / pro Marco Marcello tum patrie: tum reipublice restituto / ad patres cōscriptos: et ad Caijū Cesarē elegātissime ꝑorauit In qua possis sole clari⁹ quāta sit in demōstratiuo genere suauitas: ⁊ quāta sermonis dulcedo ꝑspicere. atqꝫ eciā cū eandē oracionē ad impssurā accomodare statui / oportune mihi dignitas tua occurrit! quā (ꝓpter in me dilectōnē qua me plerunqꝫ affecisti: et quaz ego summa affectione persecutus) haud immerito ornandaz reputaui. habes eīm vir eruditissime quasi degustationez aliquaz studiorū meoruz: et animi gijmnasium quod summo ⁊ supra qm̄ credi possit desiderio complector hic est ingenij suauitas: ordo rerū expertissim⁹: aurum iter lacteūqꝫ flumen eloquencie: et immortalis quedam preceptionis facilitas. que omnia dum attenciori cura lectitabis non modo mihi assencies: sed insuper longe verissima esse approbabis. Vale.)

Marci Tullii Ciceronis pro Marco Marcello ad patres conscriptos et ad. C. Cesarem oracio

Diuturni silencij patres conscripti / quo eram vsus his temporibus / nõ timore aliquo: sed partim dolore: partim verecundia finem hodiern⁹ dies attulit. Idemq3 inicium que vellem: queq3 sentirem / meo pristino more dicendi. Tantã enim n ansuetudinẽ: tam inusitatam: inauditamq3 clemenciã: tam in summa potestate rerum omnium modum: tam deniq3 incredibilem sapienciam: ac pene diuinam tacitus nullo modo preterire possum. Marco enim marcello vobis patres conscripti: reiq3pub. reddito. non illum solũ: sed eciaz vocem meã: et autoritatẽ et vobis et reipublice conseruatã: ac restitutã et instauratã / puto. dolebam eñ. P. C. et vehementer angebar cuz viderem virũ talem / qui in eadem causa fuisset / in qua ego fuissez non in eadem fortuna esse. Nec mihi persuadere poteraz: nec phas esse ducebã vsari me in vestro veteri curriculo / illo emulo: atq3 imitatore studiorum: atq3 laborum meorum: et quasi quodam socio a me: et comite distracto. Ergo et mihi: et mee pristine vite consuetudinem. C. Cesar interclusam aperuisti. et his omnibus ad bene de rep. sperandum quasi signum aliquod sustulisti. Intellectum enim est / mihi quidem in multis: et maxime in meipso: et pauloante in omnibus cum Marcum Marcellũ senatui: reiq3publice concessisti. cõmemoratis presertim eciam offensionibus te auctoritatem huius ordinis: dignitatemq3 reipub. tuis / vel doloribus: vel suspicionibus anteferre. Ille quidez fructũ omnis anteacte vite hodierno die maximum cepit. cum summo consensu senatus tum iudicio tuo grauissimo: et maximo / ex quo profecto intelligis / quanta in dato beneficio sit laus: cum in accepto tanta sit gloria Est vere fortunatus ille / cuius ex salute non minor pene ad omnes

quā ad illū ventura sit leticia peruenerit . quod quidē ei meri=
to : atqꝫ optimo iure cōtigit. Quis em̄ est illo aut ꝓbitate : aut
nobilitate aut optimaꝝ arciū studio : aut innocencia : aut vl
lo laudis genere prestancior Nullius tantuꝫ flumen ingenij est
nulli dicēdi aut scribendi tanta vis tantaqꝫ copia que non di
cā exornare sed enarrare . C . Cesar res tuas gestas possit . Ta=
men hoc affirmo : et hac pace dicam tua / nullam in his esse
laudem ampliorem / quam eam / quam hodierno die consecu
tus es . soleo sepe ante oculos ponere ! idqꝫ libenter crebris vsur
pare sermonibus / omnes nostrorum imperatorum : omnes ex
terarum gencium potentissimorūqꝫ populorum : omnes regū
clarissimorum res gestas / cum tuis / nec contencionum ma=
gnitudine : nec numero preliorum : nec varietate regionū : nec
celeritate conficiendi : nec dissimilitudine bellorum posse con=
ferri . Nec vero disiunctissimas terras cicius passibus cuiusqꝫ
potuisse pagrari qm̄ tuis . nō dicā cursibus : sed victorijs illus
trate sūt . que quidē ego / nisi ita magna esse fatear vt ea vix cu
iusqm̄ mēs : aut cogitacō capere possit / amens sim Sed tamē
sunt alia maiora Nam bellicas laudes solent quidem extenua
re verbis : easqꝫ detrahere ducibus cōmunicare cum multis : ne
proprie sint imperatorum Et certe in armis militum virtus :
locorum oportunitas : auxilia sociorum : classes commeatus
multum iuuant Maximam vero partem quasi suo iure fortu=
na sibi vendicat . et quitquid est prospere gestū / id pene omne
ducit suum : at vero huius glorie . C . Cesar quā es pauloan=
te adeptus socium habes neminem Totum hoc quantūcunqꝫ
est ! quod certe maximum est ! totum inqm̄ est tuuꝫ . Nihil em̄
tibi ex illa laude centurio . nihil prefectus : nihil cohors : nihil
turma decerpit . quin eciam illa humarum rerum domina for
tuna in istius societatem glorie se non offert . tibi cedit : tuā es=
se totam et propriam fatetur Nunqm̄ enim temeritas cum sa
piencia commiscetur : neqꝫ ad consilium casus admittitur . do
muisti gentes immanitate barbaras : multitudine innumera
biles : locis infinitas : omni copiarū genere abūdantes . sed ta

men ea vicisti / que naturam: et condicionem vt vinci vi pos
sent habebant Nulla est enim tanta vis: tanta copia / que nō
ferro ac viribus debilitari: ac frangi possit. verum animū vin
cere: iracundiam cohibere: victoriam temperare: aduersariuz
nobilitate ingenio virtute prestantem non modo extollere iacē
tem: sed eciam amplificare eius pristinam dignitatez. hec qui
faciat non ego cum summis viris comparo: sed simillimū deo
iudico. Itaqꝫ. C. Cesar bellice tue laudes celebrabuntur Ille
quidem neqꝫ solum nostris: sed pene omnium gencium litteris
atqꝫ linguis Neqꝫ vlla vnqm̄ etas de tuis laudibus conticescet.
Sed tamen eiusmodi res / nescio quō eciam cum leguntur ob
strepere clamore militum videntur. et turbarum sono At vero
cum aliquid clementer mansuete / iuste recte: moderate sapiē-
terqꝫ factum in iracundia presertim que est / inimica cōsilio: ⁊
in victoria que natura et insolens: et superba est / aut audim⁹
aut legimus / quo studio incendimur / non modo in gestis re-
bus: sed eciam in fictis / ut eos sepe quos nunqm̄ vidimus di
ligamus Te vero quem presentem intuemur: cuius mentem
sensusqꝫ et os cernimus vt quicquid belli fortuna reliquum rei
publice fecerit / id esse saluū velis. quibus laudibus efferem⁹? ⁊
quibus studijs prosequemur? qua beniuolencia cōplectemur
parietes. C. Cesar mediusfidi⁹ vt mihi videtur huius curie
tibi gracias agere gestiūt quod breui tempore illa futura sit auc
toritas / in his maiorum suorum: et suis sedibus Equidē cū
Marci Marcelli viri optimi / et commemorabili pietate: ac
virtute prediti / lacrimas modo vobiscum videre: omniū mar
cellorum / meum pectus memoriam effudit quibus tu eciam
mortuis Marco Marcello conseruato dignitatem suam red
didisti Nobilissimamqꝫ familiam iam ad paucos redactaz pe
ne ab interitu vēdicasti. hūc tu igit̄ diez / tuis maximis: et in
numerabilib⁹ gratulacionib⁹ iure anpones. hec eni᷑ res vni⁹ est
ꝓpria. C. Cesaris cetere duce te geste. magne ille quidem sed
tamen multo magnoqꝫ comitatu. huius autem rei / tu idem
dux es: et comes. que quidem tanta est / vt nulla tropheis: et

monumẽtis tuis allatura sit finem etas Nihil autem est opere aut manu factum quod aliquando non conficiat / et non con sumat vestutas At vero hec tua iusticia ⁊ lenitas florescet quo tidie magis. ita vt quantuꝫ operibus tuis diuturnitas detra het / tantum afferet laudibus Et cum ceteros quidem omnes victores bellorum ciuilium iam antea equitate et misericordia viceras: hordierno vero die teipsum vicisti Vereor ne hoc qđ dicam non perinde possit intelligi auditu: atqꝫ ego ipse cogi= tans sencio / ipsam victoriam vicisse videris: cum ea illa que adepta erat victis remisisti Nam cum ipsius victorie condici one iure omnes victi occisi essemus: clemencie tue iudicio con seruati sumus Recte igitur vnus inuictus es ¡ a quo eciam ip sius victorie cõdicio vsqꝫ deuicta est. atqꝫ hoc. C. Cesaris iu= dicium. p. C. qm̄ late pateat attendite. omnes enim qui ad arma fato sumus nescio quo reip. misero: funestoqꝫ compulsi et si aliq̄ culpa teneremur erroris humani / a scelere certe libera ti sumus Nam cum Marcum Marcellum deprecantibus vo bis reipublice conseruauit. memet mihi: et item reipub. nullo deprecante. et reliquos amplissimos viros / et sibipsis: et pa= trie reddidit. quorum / et frequenciam: et dignitatem hoc ip so in concessu videtis Non ille hostes induxit in curiam: sed indicauit a plerisqꝫ ignorãcia pocius: ⁊ falso: atqꝫ inani metu: qm̄ cupiditate: et crudelitate ciuile bellum esse susceptuꝫ. quo quidem in bello semper de pace agendum: audiendūqꝫ esse pu taui. semperqꝫ dolui non modo pacem: sed et oracionem ciui um pacem efflagitancium repudiari. Neqꝫ enim ego illa: nec vlla vnqm̄ secutus sum arma ciuilia. sempꝙ mea consilia pa= cis et toge socia / non belli: atqꝫ armorum fuerunt. hominem sum secutus priuato officio: non publico. tantūqꝫ apud me grati animi fidelis memoria valuit / vt nulla non modo cupi ditate: sed ne spe quidem prudens et sciens tanꝙ ad interituꝫ ruerem voluntarium. quod quidem meum consiliuꝫ minime obscuru:n fuit Nã et in hoc ordine integra re multa de pace di xi: et in ipso bello eadeꝫ eciã cuꝫ capitis mei periculo sensi Ex

quo nemo erit tam iniustus rerū estimator qui dubitet / que
Cesari de bello volūtas fuerit! cū pacis auctores ꝯseruādos cē=
suerit / stati ceteris fuerit iracior atq; id min⁹ mirū videt̄ fortas
se tum cū esset incert⁹ exitus: ⁊ anceps fortuna belli Qui vero
victor / pacis anctores diligit is ꝓfecto declarat maluisse se nō
dimicare q̄ȝ vincere atq; hui⁹ quidē rei Marco marcello suz tes=
tis Nostri eñ sensus vt in pace semꝑ sic tū eciā in bello cōgrue
bāt. quociens ergo eum: et quāto cū dolore vidi: cum in solen
ciam ceterorum hominum: tum ipsius victorie ferocitatez ex
timescentē. quo gracior tua liberalitas. C. Cesar nobis / qui
illa vidimus debet esse Non enim iam cause sunt inter se: sed
victorie comparande vidimus tuam victoriam preliorū exitu
terminatam: gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus
Quos amisimus ciues / eos vis martis perculit! non ira vic=
torie. vt dubitare debeat nemo / quin multos si fieri posset /
C. Cesar ab inferis excitaret. q̄m ex eadez acie conseruat quos
potest. alterius vero partis / nihil amplius dico q̄m id quod
omnes verebamur / nimis iracundam futuram esse victoriam
Quidam enim non modo armatis: sed interdum eciaz ocio=
sis minabantur Nec quid quisq; sensisset: sed vbi fuisset cogi=
tandum esse dicebant. vt mihi quidez videātur dij immorta=
les / eciamsi penas a .p. R. ob aliquod delictum expetiue
rint / qui ciuile bellum: et tam luctuosuz excitauerūt / vel pla
cati iam: vel eciam saciati / aliquando omnez spem salutis ad
clemenciam victoris: et sapienciam contulisse. Quare gaude
isto tuo tam exellenti bono: et fruere vna cum fortuna: et glo=
ria. tum eciam natura et moribus tuis. ex quo quidem maxi=
mus est fructus: iucunditasq; sapienti. Cetera cum tua recor
dabere: et si persepe virtuti: tamen plerunq; felicitati tue gra=
tulabere. de nobis quos in repu. tecum simul saluos esse volu
isti / quociēs cogitabis: tociēs de tuis maximis beneficijs: to
ciens de incredibili liberalitate: tociens de singulari sapiencia
tua cogitabis. que non modo summa bona: sed nimirum au
debo vel sola dicere Tantus eum splendor in laude vera: tan=

ta in magnitudine animi et consilij dignitas / vt hec a virtute donata: cetera a fortuna comodata esse videantur. Noli igitur in conseruandis viris bonis defatigari: non de cupiditate aliqua presertim: aut prauitate lapsis: sed opinione officij stulta fortasse: certe non improba: et specie quadam reip. Nō eñ aliqua tua culpa est / si te aliqui timuerunt Contraqꝫ summa tibi laus est / q pleriqꝫ minime timendū fuisse senserūt. Nunc venio ad grauissimam querelam: et atrocissimam suspicionē tuam. que non tibi ipsi / magis q̄m cum omnibus ciuibus: tū maxime nobis quia a te conseruati sumus ꝓuidenda est. quaꝫ etsi spero esse falsam / nunq̄ꝫ tamen extenuabo verbis Tua eñ caucio nostra caucio est. vt si in alterutro peccandum sit / malim videri nimis timidus / q̄m parum prudens. sed quis naꝫ est iste tam demens? qui scꝫ tibi insidiaretur de tuis ne? tam etsi qui magis sunt tui q̄m quibus tu salutem in sperantibus reddidisti. an ex eo numero ne qui vna tecum fuerunt Non est credibilis tantus in vllo furor / vt quo duce omnia summa sit adeptus / huius vitam non anteponat sue At si tui nihil cogitant sceleris: cauendum est nequid inimici. Qui? omnes eñ qui fuerunt / aut sua pertinacia vitaꝫ amiserunt: aut tua misericordia retinuerūt vt aut nulli supsint de inimicis: aut qui superfuerūt sint amicissimi. sed tamē cum in animis hominū tante latebre sint: et tanti recessus / augeamus sane suspitionē tuam! simul enim augebimus ⁊ diligenciā Nam quis omniū tam ignarus rerū: tam rudis in rep. tam nihil vnq̄ꝫ nec de sua nec de cōmuni salute cogitās / qui nō intelligat tua alute continere suam? et ex vnius tui vita pendere omnium Equidē de te dies noctesqꝫ vt debeo cogitās / casus dumtaxat humanos euentus: et incertos / valitudinis / et nature communis fragilitatem extimesco. doleoqꝫ cum resp. immortalis esse debeat / eam in vnius mortalis anima consistere Si vero ad humanos casus: incertosqꝫ motus valitudinis sceleris eciam accedat: insidiarumqꝫ consensio / quem eciaꝫ deum si cupiat posse opitulari reipub. credamus omnia sunt excogitāda tibi. C. Cesar

excitanda iacere sentis belli ipsius impetu / quod necesse fuit p̄
cussa: ac prostrata plura videre: constituenda iudicia: reuocā
da fides: comprimende libidines propaganda soboles: omnia
q̄ que delapsa iam fluxerūt / seueris legibus vinciēda sunt. Nō
fuit recusandum in tanto ciuili bello: tantoq̄ animorū ardo
re: et armorū / quin quassata resp. quicunq̄ belli euentus fu
isset. multa perderet: et ornamenta dignitatis: et presidia sta=
bilitatis sue multaq̄ vereamur que dux faceret armatus / que
idē togatus fieri prohibuisset. Que quidē nunc tibi omnia
belli vulnera sananda sunt / quibus preter te mederi nemo po=
test Itaq̄ illam tuam preclarissimam: et sapientissimam vo=
cem inuitus audiui / satis te diu vel nature vixisse vel glorie.
Satis si ita vis fortasse nature: addo eciam si placet glorie. at
id quod maximum est patrie certe parum Quare omitte que
so istam doctorum hominum in contemnenda morte pruden=
ciam Noli nostro periculo sapiēs esse Sepe enim venit ad me
as aures / te idem istud nimis crebro dicere / satis te tibi vixis
se. credo. sed tamen / id audirē si tibi soli viueres: aut si tibi so
li eciam natus esses Nunc cum omnium ciuium salutē: cunc
tamq̄ rempub. res tue geste complexe sint / tantum abes a per
fectione maiorum operum vt fundamenta que cogitas non
dum ieceris. hic tu modum vite tue non salute reipublice: sed
equitate animi definies Quid si istud ne glorie quidem tue sa
tis est: cuius te esse auidissimum q̄muis sis sapiens non nega=
bis. parum ne igitur inquies gloriam magnam relinquimus?
imo vero alijs quamuis multis satis: tibi vni parū. quicquid
enim est quamuis amplum sit / idem certe parum est tum cū
est aliquid amplius. q̄ si rerū tuarū immortaliū. C. Cesar hic
exitus futurus fuit / vt deuictis aduersarijs rēpub. in eo statu
relinqueres / in quo nūc est. vide queso ne tua diuina virt⁹ ad
miracionis pl⁹ sit habitura q̄ȝ glorie. siquidē gloria illustris p̄
uagata multorū et magnorū vel in suos ciues: vel in patria:
vel in om̄e gen⁹ hominū fama meritorū hec tibi igit̄ reliq̄ pars est:

restat actus in hoc elaberandum est / vt rempub. constituas:
eaqꝫ tu in primis composita cū summa tranquillitate: et ocio
perfruare Tum te / etsi voles cuz et patrie quod debes solueris
et naturā ipsam expleueris sacietate viuendi satis diu vixisse
dicito Quid est em̄ omnino hoc ipsū diu in quo est aliquid ex
tremū : quod cum venerit / omnis voluptas preterita pro ni-
hilo est quia postea nulla futura est. q̄m̄q̄m̄ iste tuus animus
nunq̄m̄ his angustijs / quas nobis natura ad viuendū dedit /
contentus fuit: sempꝗꝫ immortalitatis amore flagrauit. Nec
vero hec tua vita dicenda est / que corpore: et spiritu contine
tur Illa inq̄m̄ illa vita est tua Cesar que uigebit memoria secu
lorum omniuz. quam posteritas alet: quam ipsa eternitas sp
intuebit̄. huic tu inseruias: huic te ostentes oportet / que me-
moria quidem: et que miretur iam pridem multa habet Nūc
eciam que laudet expectat. obstupescent posteri certe impe-
ria ꝓuincias rehenū occeanū Nilum pugnas innumerabiles
incredibilesꝗꝫ victorias: monumēta innumerata: triūphos au
dientes: et legentes tuos Sed nisi hec vrbs stabilita tuis con-
silijs: et institutis fuerit / vagabitur modo tuum nomen lon-
ge: atqꝫ late. sedem autem stabilem: et domicilium certum nō
habebit. erit inter eos eciam qui nascentur sicut inter nos fuit
magna dissensio. Cum alij laudibus ad celum res tuas gestas
efferent: alij fortasse aliud requirent. idqꝫ vel maximum nisi
belli ciuilis incendium salute patrie restinxeris vt illud fati fu-
isse videatur: hoc consilij: serui igitur eciam his iudicibus /
qui multis post seculis de te iudicabunt Equidez scio ꝙ incor
rupcius q̄m̄ nos Nam et sine amore: et sine cupiditate: et rur
sus sine odio: et sine inuidia iudicabunt. id autem eciā si tūc
ad te / vt quidā falso putant / non pertinebit / nunc certe per
tinet te esse talem / vt laudes tuas obscuratura nulla vnq̄m̄ sit
obliuio. diuerse voluntates ciuium fuerūt distracteqꝫ sentencie
Non enim consilijs solum: et studijs: sed armis eciā et castris
dissidebamus. Erat autem obscuritas quedam: erat certamē
inter clarissimos duces. multi dubitabant quid optimū esset

multi quid sibi expediret. multi quid diceret: nonnulli eciam quid liceret. perfuncta est resp. hoc misero: fataliq; bello. vicit is qui non furore inflammaret odium suuz: sed bonitate leniret Neq; omnes quibus iratus esset / eosdem eciaz exilio: aut morte dignos iudicaret. arma ab alijs posita: ab alijs arepta sunt Ingratus est: iniustusq; ciuis / qui armorū periculo liberatus / animum tamen retinet armatum. vt iam ille sit melior / qui in acie cecidit / q̄m qui in causa animā profudit. que enim pertinacia quibusdam eadem alijs constancia videri potest Sed quia iam omnis fracta dissensio est armis: et extincta equitate victoris. restat vt omnes vnum velint / qui habēt aliquid nō sapiencie modo: sed eciā sanitatis Nisi te. C. Cesar saluo eciam in ista sentencia qua cuz antea: tum hodie maxime vsus es manente / salui esse non possumus Quare omēs te qui hec salua esse volumus: et hortamur: et obsecramus / vt vite: vt saluti tue consulas: omnesq; tibi vt pro alijs eciam loquar / id quod de me sencio. quoniaz subesse aliquid putas quod cauendum sit. non modo excubias: et custodias: sed eciam laterum nostrorum oppositus: ꝛ corporum pollicemur Sed vt vnde est orsa in eadem oracio mea terminetur. maximas tibi omnes gracias agimus. C. Cesar maiores eciam habemus Nam omnes idem senciunt. q̄ ex omnium precibus et lacrimis sentire potuisti Et quoniā non est omnibus astantibus necesse dicere. a me certe dici volunt. cui necesse est q̄dam modo: et quod volunt certe: et quicquid fieri decet. Et q̄d Marco Marcello et huic ordini. p. q. R. et reip. reddito fieri id intelligo Nam letare omnes non vt de vnius solū: sed vt de communi omniuz salute sencio. q̄ autem summe beniuolencie est / que mea erga illū omnibus nota sp̄ fuit / vt vix. Marco Marcello optimo: et amantissimo fratri / preter eum quidez cederez nemini Cum id sollicitudine cura labore / tam diu prestiterim / q̄ diu est de illius salute dubitatuz: certe hoc tempore magnis curis: molestijs doloribus liberatus prestare debeo. Itaq;. C. Cesar sic tibi gracias ago vt me omnibus rebus a te

non seruato solum: sed eciam ornato Tamē ad tua in me vnū innumerabilia merita / quod fieri iam posse non arbitrabar. magnus hoc tuo facto cumulus accesserit.)

Argumētū: et q̄bus laudibꝫ Marcus Tullius Cayū Cesarez extollit

Fugato pompeijo Caius Cesar rempublicā vrbis: atqꝫ adeo orbis terrarum solus tenuit Marcus Marcellus pompeijo in ciuili bello fauebat / quare timore perculsus ne periculum subiret / ab vrbe longius secessit Caius Marcellus. frater eius ad Cesaris se pedes abiecit Cunctus deinde senatus assurgens ꝓ Marco Marcello rogauit. quo obtento quisqꝫ ipsorū pro vi sua Cesari gracias egerunt. demuz vero Cicero in gracijs habendis: amplificandisqꝫ laudibus. Cesaris oracionem in demonstratiuo genere in hunc modum perorauit Exordium sumens per restitutum dicendi officium / quod et dolore fuit: et verecundia ablatum. ac diuinam predicat Cesaris clemenciā q̄ reipublice Marcellum: sibiqꝫ amicum restituit. affirmatur eciam restituendi factum exellencius esse ceteris fere omnibus vel rebus gestis: vel preclaris facineribꝰ. quippe bellice laudes non solum victoribus asscribuntur: verumeciaz exercitui: ac militibus. modeste factum: atqꝫ mansuete auctoris est proprium. feroces gentes: bellicose naciones: visqꝫ omnis / quantulacūqꝫ est ferro / et cohercetur: et vincitur. vincere autez animum: comprimere iracundiam: efferre iacentem aduersarium preditum virtute non humanum est: sed diuinū. de qui

bus factis dum homines silent parietes gracias agunt. Equi
dem que manu fiunt vetustate ꝯsumūtur. iusticia vero: atq̃
lenitas floret quotidie: atq̃ augmentuȝ suscipit. victor pacis
conseruans auctores: declarat se pocius pacem q̄m victoriam
voluisse Et qui luctuosam discordiam pompeiano bello exci-
tauerunt / aut prelio extincti sunt: aut se ad clemenciam vic-
toris: sapienciam q̃ contulerunt Nihil eciam putat cesari esse
timendum quandoquidē omnes sua bonitate conseruati sunt
ob id neminem fore insidias cogitantem. ac multorum causa
pocius viuere debere / q̄m forsitan immaturam mortem expe-
tere postremum quidem illud est ꝙ amplissimas gracias. Ce
sari habet ꝙ senatui acquieuit / reipublice. Marcum Marcel
lum clarissimum atq̃ optimum virum: sibiq̃ amicissimum
in pristinum statum: atq̃ dignitatem collocauit.)


BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS



